

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



Incipit liber de bello iudaico septimus.



**Q**uades quide  
hierosolimoru  
in peius quo  
tidie pcedebat  
cu se sediciofi  
magis accen  
derent aduhs  
postqm pplm  
fames ipsosq  
iam possideret

Quoniam et multitudo congestorum in ciuitate cadauerum  
et visu horrida erat. odorque pestifer emittebat  
cum excursus etiam pugnantium moraretur. Nam  
veluti per aciem ruerent. prima cede exercitata. con  
culcare mortuos cogebant. et qui super eos pedem  
ponerent. neque suspirabant. neque horrebant.  
nec saltem sibi augurio fore putabant. contu  
meliam mortuorum. Scitiles autem nece pol  
luti. dextras ad extremum bellum preparabant  
tanquam exprobrantes deo ut michi videtur sui sup  
plicij tarditate. Non enim spe victoriae maior pars  
eorum. sed desperatione salutis potius mouebatur. **R**o  
mani autem quamuis plurimum in congreganda materia  
laborarent. tamen intra sex et unum diem aggeres erexerunt  
attentis omnibus ad. lxxxv. usque stadia circum opidum  
locis. erat miserabilis terre facies. Nam quae antea  
arboribus et paradisis ornata fuerat. ea tunc destra  
praecelsis undique nemoribus cernebat. nec ullus qui  
praedem iudeam viderat alienigenam. et suburbana  
pulcherrima ciuitatis. cum eius solitudine tunc videtur  
continere lacrimas poterat. vel non gemere mutationem  
quantum praestine derogasset. Omnia namque insignia pul  
critudinis bellum deleuerat. nec si quis subito aduenisset  
quod locum prius scierat eum cognoscere. sed prius quaereret ci  
uitatem. **R**omani autem ac iudeis finitum opus ag  
gerum. par faciebat terminum. Namque hiis nisi  
eos quae exurerent. captum iri citatem putabant. Romani  
autem fortasse nec voluntate fore. illis incensis.  
alios parare. Strenue materiae defecerunt. et labori quod  
corpora militum. crebris autem offensionibus autem cesserunt.  
**V**erum citatis cladibus tristius romani quam ciues in  
ea degentes afficiebant. Ad mala autem quae hinc ac  
cedebant. etiam pugnatoribus nichilo segnioribus  
vtebantur. sed eorum spes frangebatur. cum aggeres insidiosis  
machine soliditate muri. manuum vero conflictus  
audacia repugnantium superare. et praecipue quod cum  
seditione. fameque ac bello. totaque malis praestantiores  
iudeorum spiritus animo inuenirent. Virorum quidem inex

pugnabiles esse impetus arbitrabantur. inuictam vero  
animorum magnitudinem. quae calamitatibus aleretur.  
Nam quos in rebus sanctis sustineat. quae malis ad vir  
tutem incitarentur. Illi quidem propterea cauti custodi  
as praeparabant. **I**ohannis autem factis apud antonia  
murae et quae futa timebant. si murus forte disliceret  
cauebat. et antequam arietes ad mouerentur opibus  
instabat. nisi quia conatus eorum irritus fuerat. Ag  
gressi enim cum facibus aggerem. spe decepta remeant.  
Nam primum ne concordare quidem videbantur eorum consilium  
paulatim et per intervalla. et cum darent. non sine me  
tu praesiliunt. neque iudeorum more. ut breuiter dicam  
Dixerunt enim quae prope gentes essent. audacia. cursus.  
et omnium simul impetus. et ut non sine offensione rece  
derent. languidiores progressi quam solebant. etiam remota  
solito promptius instructos offendere. quae corporibus  
quidem atque armis ita undique aggeres sepleunt ut  
nisi igni aditum relinquerent. autem vero ita confirmata  
uerant. ne quos loco antequam occuberet mouerent. Nam  
propter omnium rem desperationem. si etiam illud opus esset ex  
ultum acerbissimum pudor militum occupauit. si  
autem calliditati virtus cedet. aut arma temeritati.  
aut pietati multitudini. aut iudeis romani. Simul  
autem missilia cum illis faciebant in praesilium delata  
et quae cecidisset posteriores impediebat. ac praecipuum  
antecedentes molliores eos efficiebat. quae vero intra  
teli iactu venire praerassent. alij disciplina hostium  
et densitate perterriti. alij confixi hastis. retroce  
debant. et ad extremum alius alium timiditatis ar  
gues. re infecta reuertebantur. **K**alendis autem  
iulij temptata fuerat expugnatio. Iudeis autem inde  
digressis. romani machinas ad mouerunt. quoniam  
ab antonia saxis atque igne. ferroque peterent. et  
quocumque hostibus telum necessitas obtulisset. Nam  
licet multum menibus iudei confiderent machinasque  
contemnerent. tamen eas applicare prohibebant romanos.  
illi autem iudeis studium esse. ne murorum infirmitate  
antonia lederent. et fragilibus eam fundamentis suspi  
cantes extra certabant. nec tamen quod feriebatur idibus obe  
diebat. sed ipsi quidem crebris in se missilibus iactis.  
cum nullis periculis desuper venientibus laxarentur.  
arietum opus urgebant. Cum vero inferiores essent  
ac claudibus frangerentur. alij scutis super corpora  
concameratis. fundamenta manibus et pedibus  
suffodiebant. **U**traque saxis totiens obstinato la  
bore concussis. quiete utriusque nox attulit. et in ea  
murus arietibus labefactatus. ex qua parte praecipue  
iohannes aggeribus insidiando murum suffoderat  
subsidente cuniculo repetere labitur. eorumque praeter  
spem. utrorumque animi affecti sunt. Nam iudei quidem